

[1447 juny 25]

Els membres del Consell General de les valls d'Andorra demanen a Guillem Arnau de Leore, senyor de Milglòs i veguer comtal, que juri els privilegis, usos, costums i constitucions de les Valls tal com ho han fet els seus predecessors en el càrrec. Resposta negativa del veguer tot al·legant que ja ho ha fet davant del comte i que no ho farà de nou sense consultar-ho amb aquell, més encara tenint en compte que ja ha regit el càrrec anteriorment i que podria actuar 25 anys més sense tenir que fer un altre jurament. Els representant del Consell de la Terra li supliquen, i també ho supliquen a Guillem Campa, batlle de la Seu d'Urgell i veguer episcopal, que els donin llicència per poder fer consultes amb un advocat i perit en dret.

R. Minuta de manual notarial, Andorra la Vella, ANA, TCN, núm. 32, fols. 1-2v. — **[R']**. Nota de llibre notarial no localitzada.

a. PUJAL; LLADÓS, *La Domus*, pàgs. 74-75.

[Constituti personaliter coram] nobili Guillemo Arnaldi de Leore, domini de Milglosio, vicarii vallium Andorre pro domino comite Ffluxi, in loco Andorre Veteris personaliter repertus, existentes et personaliter constituti ante presenciam eiusdem nobilis Guillemus Call, Arnaldus Bonit, Petrus Duran, parrochie de Canilleu, Ermengaudus Parador, Petrus Berengarii, Guillemus Garreta, Arnaldus Narbona, parrochie d'Encamp, Raymundus Guillelmi, Petrus Rossell, Petrus Thor, parrochie d'Ordineu, Raymundus Thor, Iohannes Bort, Guillemus Torner, Raymundus Queralt, parrochie de la *[Massana]*, Raymundus Moles, Iohannes Petriarnaut, Arnaldus [...]ll et Petrus Noguer, parrochie Andorre, Guillemus de la Serra, Matheus de Lumeneres, Petrus Capdevila, Raymundus [...]ja, parrochie de Lúria, iurati et consiliarii parrochiarum dictarum Vallium, tam nomine earum proprio quam nomine aliorum dominum dictarum Vallium, absencium, requisiverunt dictum honorabilem dominum vicarium quatenus iuraret eorum privilegia, usancias, consuetudines et constituciones dictarum Vallium prout alii sui antecessores fuerunt [usitati] iurare. Et dictus honorabilis dominus de Milglosio dixit quod ipse prestitit iuramentum in posse dicti domini comitis in intrata dicti sui officii et quod super hiis non prestaret iuramentum sine consultacione dicti domini comitis premaxime cum ipse rexerit dictum officium vicarie, et si dicto domino comitti placuerit ipse erit [...] XXV annos in dictis Vallibus sine prestare iura[mentum, tamen] protestatus fuit aliqua contradiccione

dictorum hominum quod ipse possit dare in scriptis presentem per se ipsum et per suum locumtenentem responsionem antequam claudatur instrumentum si opus fuerit.

Et dicti homines suplicarunt et requisiverunt tam dictum dominum nobilem Guillelmum Arnaldum de Leore quam honorabilem Guillelmum de Campa, baiulum civitatis Urgellensis et vicarium vallium Andorre pro domino Urgellensi episcopo, ibidem presentem, quatenus darent eis licenciam quod super hiis possint assumere in aliquem iurisperitum in advocatum prout in instrumento eorum privilegiorum continetur et similiter protestati fuerunt quod possint dare eorum requisiciones et protestaciones in scriptis si opus fuerit.

Testes: venerabiles Andreas d'Arted[ó], alias d'Alàs, Sedis, et Andreas d'Alàs, loci d'Alàs, mercatores, et Iohannes Rabades, procurator fiscalis Castriboni¹.

1. *Document barrat amb tres línies verticals que indiquen que es va redactar la nota del llibre; no sabem, però, si es va fer la redacció en pública forma.*